

FASCES AU
 SERENISSIMI PO
 PRINCIPIS a
 D O M
 STANIS
 DEI GR
 REGIS POLO
 MAGNI DUCIS LIT
 SIÆ, PRUSSIÆ, MASOVI
 VÆ, VOLHYNIAE, POD
 LIVONIAE, SMOLENI
 CZERNICHO
 &c. &c.
 REGIS AC D
 CLEMENT

Sic Civil
 Sic Sere
 R
 Subscrib
 Se

tens
 Hu

P
 Serve

O
 Exfurg
 & ex
 Cresca

matia solo Regio Solio,
 laribus Pace,
 nis Tui Splendor
 nis ævi transcendat.

vager
 n.



FASCES AUGUSTOS
 SERENISSIMI POTENTISSIMIQUE
 PRINCIPIS ac DOMINI,
 DOMINI
 STANISLAI I.

DEI GRATIA
 REGIS POLONIARUM,
 MAGNI DUCIS LITHUANIÆ, RUS-
 SIÆ, PRUSSIÆ, MASOVIÆ, SAMOGITIÆ, KIO-
 VÆ, VOLHYNIÆ, PODOLIÆ, PODLACHIÆ,
 LIVONIÆ, SMOLENSCIÆ, SEVERIÆ,
 CZERNICHOVIÆQUE,
 &c. &c. &c.

REGIS AC DOMINI SUI
 CLEMENTISSIMI,

Sub auspiciatissimum Almæ Diei Nominalis recursum,

A. R. S. MDCCVIII. d. VIII. Maji

devotissimè veneratur

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS

subjectissimus

NATHANAEL GERLACH,

Med. D. & Pract. Gedanenf.

G E D A N I,

Typis JOHANNIS ZACHARIÆ STOLLII.

ATHEN. TYPOGR.

TRanſcendat ævi perennantis memriam
Regii Nominis Tui,

STANISLAE PRIME

Augustus Splendor,

quem Sangvis Gentilitius auxit Virute,

Virtus Purpura,

Purpura Sceptri Lechici Majestate,

ultra oblata, nec per ambitum quaſia.

Si naturæ fortunæq; ſuffragia Reges eligunt,

utrisque merebaris, necdum eligendus,

jam haberi electus.

Præluſit capeſſendo Diademati Ludꝰ Palladis,

dum inter Scenarum Poſnaniensium apparatus,

auspicato plane præſagio,

JOANNIS TERTII,

Regis Poloniarum in Exemplum Magni,

perſonam ageres:

nempe ut Solium Glorioſiſſimi Prædeceſſoris,

in publico Orbis Sarmatici Theatro

pari mox gloria eſſes ſcanſurus.

Jam fauſtis mortaliū ominibus Coelum annuit.

Arcana Numinis Directione

pate-

am patefactus es, cunctis stupentibus,

verus Patriæ Rex;

Quem declinare,

nisi hæc ipsa in præcipitium inclinaret,

non poterat;

à Quo recedere,

nisi se ipsam relinqueret,

non licebat:

Quem præterire,

nisi intestinam salutem desereret,

non audebat:

liberaliter fatis professa,

hic sibi communem eligendi Libertatem,

citra suarum tamen Libertatum Jacturam,

à DEO, Tui amore ac desiderio, intercludi.

In tanto rerum humanarum fastigio,

Orbi, Patriæ, Civibus gratus,

nec ulli,

nisi cui hostilis est metus,

abdito in Principem sensu metuendus;

triumphas in omnium pectoribus, animisq;

Æternitatem Augustæ Domui

Gentilitius spondet Annulus,

ore Taurino propendens:

ut Aurum in orbem,

Sic Civibus in Constantiæ orbitam redituris:

ut Taurum fortitudine,

Sic Serenisissimam Domum **LESCINIAM**

Regni Majestate firmatum iri.

Subscribunt Votis mortalium iñortalia Fata

Seculi sui **VESPASIANO**,

veteris ævi felicitatem;

Genti Sarmaticæ

Humani generis Delitias donatura.

Te vero

POTENTISSIME REX,

Servet Coeli depositum his terris Salus.

Obfirmetur brachium Tuum,

nudato æmulorum consilio;

Exfurgant triūphi ex dissipatis hostiū globis:

& ex bellis civilibus belle compositis,

Crescant Tibi aliæ super alias Pacis adorea:

ut consolidato in Sarmatiæ solo Regio Solio,

reddita popularibus Pace,

Augustus Nominis Tui Splendor

memoriam perennantis ævi transcendat.